



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX:|| DE
CANONICA ET MO-||nastica Disciplina collapsa
restau-||randa, pristinoqué nitori || restituenda.||**

Schulting, Cornelius

Coloniae Agrippinae, 1599

VD16 ZV 14233

10. De vera Politia Ecclesiastica, quæ de cœlo descendit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63372](#)

CAP V T X.

*De vera Politia Ecclesiastica quæ de cœlo
descendit.*

Christus venit in terram ut institueret nouam politiam cœlestem, de qua B. Ioannes in Apocalypsi. Vidi sanctam ciuitatem Hierusalem nouam de cœlo descendente, à Deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo, non est autem ciuitas sine Legibus & Disciplina bene instituta, de qua ipse Dominus: Super hanc petram ædificabo Ecclesiam, hanc nouam videlicet ciuitatem, cuius claves dedit Petro, ut quicquid ligaret super terram, esset ligatum & in cœlis, & quodcumque solueret, esset solutum & in cœlis, & potestate hac leges & Disciplinam condendi sunt usi Apostoli.

Tapper to. 2.
artic. 20. fo.
219. 221.

aiunt enim Act. 15. visum est spiritui sancto & nobis nihil ultro inponere vobis oneris quam haec necessaria, ut abstineatis ab immolationis simulachrorum &c. & Paulus Act. 19. ca. confirmans Ecclesias præcipiebat custodire præcepta Apostolorum & seniorum. Ipsi administratores legum Romanarum seu Imperatoriarum subiecerunt ipsas Canonibus seu legibus Pontificijs. Si igitur Pontificiæ leges & Disciplinæ non habent auctoritatem, nec etiam habebunt leges Imperatoriæ, quæ se in illis subiecerunt: ideo quia ciuiles leges quæ diuino iure habent auctoritatem, & cedunt Pontificijs, si Pontificiæ leges abrogentur etiam ciuiles amittent auctoritatem. Magnæ angustiæ vobis nascentur ex eo, quod in Christo & eius Vicario nolint

*Intit. de no-
ni operis re-
nunciatione
leges non de-
dignantur sa-
cros canones
imitari.*

nolint agnoscere potestatē legislatiūam dūvāmī
vōūobetixān quām ostendimus necessariō sequi po-
testatē magnē multitudinis gubernatiūam. Est
autem omnium Christianorū vna Respubl. vna
ciuitas vt dicit B. Augustinus, licet per se absur-
dum sit dominū domus non posse familiā suā
præscribere leges & disciplinam, secundum quas
viuat in domo sua. Moyses enim, inquit Aposto-
lus Hebræorum 3.c. fidelis erat in tota domo eius
tanquam famulus in testimonium eorum quæ di-
cenda erant. Christus verò tanquam filius in do-
mo sua, quæ domus sumus nos, qui eandem pote-
statē peregrè profecturus in eam trāstulit, quæ
nomine suo eidem familiā præfecit, quem tamen
voluit omnium domesticorū esse ministrum, vt
quæreret & procuraret non sua commoda sed eo
rum duntaxat salutem. Qui voluerit inter vos pri-
mus & maior fieri, erit vester minister & seruus
Matthæi 20. Et B. Hieronymus aduersus Iouinia-
num lib. i. propterea inter 12. inquit, vnuſ à Chri-
sto eligitur vt capite constituto schismatis tolla-
tur occasio hac potestate usus Apostolus est mul-
ta apud Corinthios disponendo. Cætera, inquit,
cūm venero disponam. Sic Imperatores religio-
sè fecerunt agnoscendo in regulandis nuptijs pri-
mariam apud Prælatos Ecclesiæ auctoritatēm,
qui in sua gubernatione altiorem scopum spe-
ctant, quam potestas secularis. Probabiliter ad-
modum collegerit quis ex eo, quod legum Roma-
narum administratores eas Pontificijs canonibus
subiecerunt, hoc iudicium deferendo, quod in
nuptijs Canones isti sunt obseruandi ex auctori-
tate saltem legum & Imperatorum, qui eos

Ddd 2

appro-

approbando suos fecerunt. Hinc etiam iam colligitur, quam iniuste Calvinistæ Catholicos accusent, quod etiam ex Iure Canonico & non tantum ex scripturis hauriant Disciplinam.

CAPVT XI.

De vera origine, antiquitate primis fontibus Disciplina Ecclesiastica altissime repetita, contra fundamenta Calvinistarum Puritanorum, qui ex solis & nudis scripturis eam esse hauriendam opinantur.

REmundus Rufus in *Defensione Cleri contra Carolum Molinæum* fol. 665. Olim erant vniuersi tres Codices, quibus Ecclesiastica Politia regebatur: sacrosancta Biblia veteris & noui testamenti, constans. Codex Canonum Conciliorum & Decreta Pontificum: his vtebantur, vt inclinatae Disciplinæ vel in toto orbe Christiano, vel qui busdam prouincijs remedium quæreretur, & diversæ responsiones Pontificum dabantur pro exigente necessitate Disciplinæ Ecclesiasticæ. Christianus vniuersi status Ecclesiastici & Disciplinæ Ecclesiasticæ lectissimos flores contulit in suum librum *Decretorum omnia quæstionibus & causis* distinguens anno MCXX. Trithemio teste. Idé Remundus Rufus fol. 28. Syricius Papa circiter annum Domini DIX. Formulam Ecclesiasticæ vitæ pariter & Disciplinæ ad prouincias amisit, mox fol. 282. Summus Pontifex ubiq; terrarum fert leges, & eas quidem leges, quæ dicuntur *sanctiones*

aut